PUNCTA

Ex Jurisdictione sacræ Mtis Illmo Electori Proposita die 5ta Martij Ao 1621.

Cum omnino persuasum habeat S. R. Mtas Illmam Celnem Vram pro sua eximia prudentia animaduertere, ad quod et quales exitum Christiani nominis uergant co-

Psent: die 7. Martij natus Turcarum Tyranni, qui omni Imperij sui mole et potentia ideo contra Regnum Poloniæ et ditiones ei adnexas accingitur, ut (quod DEUS omnipotens auertat) per cladem et ruinam nostram ad uniuersam Europam subjugandam sibi aperiat uiam, non dubitat S. R. Mt Celnem Vram pro suarum partium ratione sic ad uindicandam Christianæ Reipubl: libertatem optime ee animatam, ut licet nullo beneficio, S. Ræ. Mti. et Regno Poloniæ obstringeretur, Ultrò sua sponte bene merendi modo de re Christianæ gratia et eximdæ gloriæ studio eò accurreret, ut et consilio & omni maiori ope uicinum suis hæreditariis Ditionibus Regnum et amicum Princi-pem et populum adjutum cuperet. Tanto ergo magis et libentius id præsti-turam Celn. Vram confidit Regia Mtas, quanto maiori beneficio optimi Duca-tus a S. R. Mte se affici expectat et exoptat, qui cum in Regni Poloniæ corpore contineatur, ad eundem, prout bona felicis & tranquilli ~~status~~ Regni Poloniæ pertinent, ita pariter aduersæ fortunæ casus, quod ominari reformidat animus, deriua-rentur. Idcirco id iam S. R. Mtas Celne Vra postulat, ut, dum Celdo. Vra cernit oes Regni Prouincias summo conatu ad resistendum maximæ et uniuersæ Christianitati formidandi Ottomanicæ potentiæ ar-mari, iustis etm. et proportionatis auxiliis tanto periculo suam erga R. S. Mtem & Regnum prope[...] [...] grati animi significationem pro eo quod sibi conferri p[...] [...]neficio testatu[...] [...] Cels[...] [...] mm aliqu[...] [...] [...]itus omnipo[...]

necessario apparatu et in signi aliqua militum manu. Assignatus equidem
est numerus centum Equitum, quem Illmi Duces in Prussia ex Pactis S.
R. Mtis comitatui ad expeditionem publicam adiungere tenentur. Verum
quemadmodum in eo benignitas Regum Poloniae apparuit erga Illmos
Duces quod nimirum quam minime gravatos voluerunt Conditionibus expressis
nulla enim certa proportio ad vel nimium Territorij in Regno Expeditionem
et tot terris Ducalibus Prussiae centum militum numerum adiungere cum ad
expeditionem publicam ~~fere~~ myriades numerarentur ita certare studio in
Rem: communem pro communi et sua aequi salute Illmos Prussiae Duces
debere arbitratur R. Mtas maxime exorientibus huiusmodi necessitatibus
belli, quas retro aliis temporibus maiores nri. non augurabantur venturas
pro quibus illa generali ~~gnli~~ clausula ut omnia et singula in pactis praescripta et quae,
cunque alia, quae Vasallus et Feudalis Princeps erga suum naturalem et
haereditarium ac superiorem Dominum praestare tenetur, ad ea praestan,
da obligatos in generali voluerunt Serm. Reges Poloniae Illmos in Prus,
siae Duces. Iam autem notissimum est ex consuetudinibus feudalibus
quod auxilium pro viribus praestare Vasallus tenetur Domino maxime in
militia armata. Quod si unquam alias Rae. Mti. et Regno suppe,
ditandum venit a Celne Vra. Iam modo praesenti rerum statu ~~praesentiarum~~ praestitabitur
oportune. Contra tam potentem et iuratum Christiani nominis
hostem, qui una cum Polonia et hanc partem corporis Regni Du,
catum Prussiae belli quod aggreditur proponit praemium. Et ~~illa~~
vel illa itaque naturalis ratio defendendi Coniunctis viribus, cum reliqua
Republ: propriam patriam et Commodo adgratificandum Rae. Mti.
et Regno Polonia in hoc quod iam deflectimus. S. R. Mtis
postulat [illegible] excitare debet. Quam cum ultro pro ipsis
Co[illegible] [illegible]od [illegible] S. Rae.

Mtis postulamus præstituram non dubitamus, plures rationes quæ ipsi
met Celni Vræ succurrunt abunde itaque ut præstet, quod a nobis postulatur
suadent libenter prudentiæ Celni Vræ relinquimus. Quæ pariter eo R.
Mtem et Regni proceres adducunt, ut ja Celni Vra id deposcant, quod
pactorum series desiderat in quibus cum contineantur ut quotiescunque in Regno
tributum Decretum fuerit totidem vicibus triginta millia ab Illmis Ducibus
Prussiæ praeterea quæ animalium inferri ~~consue~~ consueverint tribuantur.
Cum itaque iam tributa in Regno multiplicentur, ita ut præsenti anno binis
vicibus quatuor tributa ab incolis Regni ~~conferri~~ conferri contingat arbitratur
et Mtas et Regni proceres iuris et æquitatis rationem id deposcere ut
etiam triginta millium subsidium a Celne Vra multiplicandum assumatur.
qua re ne se nimium gravatam existimet Celni Vra facile assentietur Ra.
Mtas ut in contributione proportionata ab incolis Ducatus Prussiæ Regno
Poloniæ veluti toto ab hac corporis eiusdem parte reddatur et constet debitum of-
ficium. Quod et Germaniæ ipsius consuetudo usurpata suadet cum ibidem pro
repellanda a vicino Hungariæ Regno in & Tyrannide eiusdem Hostis Illmi
Germaniæ Principes et suis Ducatibus et Provinciis maximas conferri exactiones
et tributa fecerint quanto magis ergo hic cum præstandum idem est ut ~~æque~~ æque
cum cæteris incolis Regni onera ferant incolæ Ducatus, qui eodem corpo-
re Regni et sub eodem supremo Domino continentur. Ita enim est
summæ Iustitiæ, illius rei onera ferre, cuius et fructum sentimus. Quamobrem
cum propulsatorem Regni hostium beneficium etiam ad Illmos Duces
Prussiæ et incolas eiusdem deriuetur, onus quoque sustinendæ expeditionis
ex æquo cum reliquis Regni ferre eiusdem Iuris et æquitatis postulat ratio
et ipsa communem hostem propulsandi necessitas quæ est supra vires le-
ges desiderat. Reciproca benevolentia Ræ Mtis et studia Regni
compensanda ~~hæc~~ optima Celni Vra & universi Ducatus volentes
Si enim aliquando contingere[illegible] Deus omnipo[illegible]

Studium quantum esse debeat Christianis et pijs principibus referre pluribus non interest natura enim ipsa omnes eo trahit ut sua licet multi alienæ a vero quæ non nisi unica esse potest religionis

hanc partem infestari ab hoste quopiam profecto Regnum non deesset ne
cessitatibus huius Provinciæ, sed ab ~~externis~~ extremis etiam Regni finibus sin
gulæ Provinciæ et Universa Resp: ad defendendam hanc oram certatim cunctis
Viribus accurrent. Propagandi divini cultus et religionis # incrementum desid
erint. Quare curam Regia Mtas tanquam pius et Catholicus Princeps
animadvertat, in quantum Religionis Catholicæ propagandæ studium ad ipsius Mtis
officium pertineat non ~~prop~~ praetermittendum sibi ducit, cum in hac renovatione honesti
tutæ quæ in persona Celn. Vræ fieri debet initium et exordium faciendum statuat
sta a Deo a quo cuncta bona procedunt ut ipsius promovendæ in dies gloriæ mai
ora jaciantur fundamenta, Ideo quoniam laudatæ memoriæ Illmus parens Celn:
Vræ in pactis receperat, de altero Templo pro usu Religionis Catholicæ
præter hoc quod Regiomonti immortali eiusdem parentis, Celnis Vræ gloriæ
extructum est, et dote eorundem augenda ita bona fide et sincere agere cum
Ordinibus, ut in eo desiderio Ræ: Mtis satis fieret postulat, tam S. R.
M. a Celn: Vra ut inprimis et ante omnia Celn: Vra Illmi parentis sui
promissis. Sed at ea adimpleat, et siquidem dotis augendæ Ecclesiæ
Regiomontanæ quam maxime indigere videtur, ob crescentem annonæ et omnium
rerum necessariarum caritatem in manibus Celn: Vræ erit facultas et potestas
eam ut agendam suscipiat. R. Mtis est desiderium. De altero vero Templo
quocunque opportuno loco inducatur, vel hic Regiomonti Catholicorum usui
concedendo eas rationes ineat, ut effectum politicum partis comprehensum sor
tiatur, Et dignitate cum Principem est non carere eventu ipsorum quod
sincerum allaturos se sposponderunt studium. Et sane non multum grava
tam se cernit Celn Vra hac in parte si consideravit duorum maximo
rum Episcoporum quos Suæ [illegible] non permittere debitum erat
orum [illegible] Mtis, Regnum Poloniæ fructus ad utilitatem

pro

prophanam Illmo Ducem Prussiae Commiendam cedere permisse Sere//
nissimos Poloniae Reges, atque cum etiam officium Vasalli Principis
sit, Commodorum supremi Domini studiosum se exhibere, nec eorum incre//
mentum impedire maxime cum sine proprio notabili incommodo facere iis
liceat, quod saepius a laudatissimae meae parente Celn. Vrae desideravit
Regia Mtas id Celn. Vrae ut praestaturam se recipiat sedulo cupit Mtas
Regia ut Notarium pro annotandis mercibus Anglorum Mercatorum
in portu Pillaviensi R. Mtas sine impedimento tenere et habere possit.
Nullum enim ~~inde~~ inde detrimentum Celn. Vrae exsurgit. Regiae vero Mti ne
subterfugiant Vectialia jure gentium debita et consueta apprime est ne//
cessarium. Quare et hac in parte non dubitamus Celn. Vram propensi//
onem suam et studium Commodorum Rae Mtis probaturam.